Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Stella ex Jacob orta Maria

Abraham <a Sancta Clara>

Vienn. Austr., 1680

Filii redemptor mundi deus

urn:nbn:de:bsz:31-75362

Visual Library

FILI REDEMPTOR MUNDI DEUS.

CUM PRÆDA ERUMPENS Delphinus, per rete piſces
Eſos profundit corporis è gremio;
Sic quoquè poſt mortem Chriſtus tetra limina limbi
Confringens ſolvit carceribus miſeros.

FILI

F ili Redemptor mundi DEUS.
J ESUS filius Joſeph à Nazareth. (*a*)
L eo de tribu Juda. (*b*)
I n cujus nomine, omne genu flectitur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. (*c*)

Miſerere nobis.

(*a*) Joan. 1. (*b*) Apoc. 5. (*c*) Phil. 2.

REDEMPTOR

Rex Judæorum. (*a*)
Excelſus præ Regibus terræ. (*b*)
Deus, per quem omnia facta ſunt, & ſinè quo factum eſt nihil. (*c*)
Ex Beata Virgine natum ſanctum. (*d*)
Magnus, & Filius Altiſſimi. (*e*)
Portans omnia verbo virtutis Tuæ. (*f*)
Teſtamenti Angelus. (*g*)
Omnipotens ſermo Domini. (*h*)
Rex Iſrael. (*i*)

MUNDI

Mitis, & humilis corde. (*k*)
Verbum caro factum. (*l*)
Noſter Advocatus apud Patrem. (*m*)
Deus noſter in terris viſus, & cum hominibus converſatus. (*n*)
In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ, abſconditi. (*o*)

DEUS,

Dominus Legifer noſter. (*p*)
Epiſcopus, & paſtor animarū noſtrarū. (*q*)
Verbum plenum gratiæ, & veritatis. (*r*)
Salutare Dei noſtri. (*s*)

Miſerere nobis.

(*a*) Mat. 2. (*b*) Pſ. 88. (*c*) Joan. 1. (*d*) Luc. 1. (*e*) Luc. 1. (*f*) Hebr. 1. (*g*) Malach. 1. (*h*) Sap. 18. (*i*) Joan. 1. (*k*) Mat. 11. (*l*) Joan. 1. (*m*) Joan. 2. (*n*) Baruch 3. (*o*) Coloſ. 2. (*p*) Iſa. 33. (*q*) 1. Pet. 3. (*r*) Joan. 1. (*s*) Iſaiæ 52.